

petro pro parte ipsius ecclesie domum ipsam habeant, teneant, possideant, et dominantur cum introitibus et exitibus suis et omnibus sibi Iure pertinentibus, et inde de ea et in ea illud quod voluerint faciant. Quam quidem domum Idem dominus Biscardus et uxor sua solleppni stipulatione Inde adhibita. sub hypotheca bonorum suorum etc. Ex hoc autem facta sunt duo puplica consimilia Instrumenta unum ad habendum eidem ecclesie ad sui cautelam et aliud dicto procuratori eiusdem domini Iohannis pipini pro ipsius Iohannis pipini cautala, per manus mei predicti Iohannis puplici Baroli notarii signo meo solito subscriptione mei predicti Iudicis et ipsorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. (*Segue il segno*).

† Matheus q. s. Iudex. (*In maiuscola*).

† Iohannes de archipresbitero olim Baroli Iudex t.

† Thomasius puplicus Baroli notarius testis Interfuit.

† Ego nicolaus notarius testis sum.

N. 72.

A. D. 1293

(4 febbraio, Indiz. VI).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Iohannes de Cantore not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,24, larg. 0,18 $\frac{1}{2}$. Sbiadita e corrosa in diversi punti.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Nicolaus Mansus</i> , lavoratore, dalla somma di quattro <i>floreni</i> , che avanzava da <i>Antonius de petrono</i> , legò 6 tarì <i>pro anima</i> per l'apertura della chiesa di S. Agostino; altri 6 tarì per la copertura della chiesa di S. Giacomo; tarì 6 per la sua associazione funebre ai preti di S. Giacomo; grana 5 ai poveri e il resto per l'anima sua.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu christi millesimo ducentesimo nonagesimo Tercio Regnante domino nostro Karolo secundo etc. Regnorum vero eius anno